

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

qui sint studiosi. Stoicis itaq; parentes ac liberi inimici sunt: nō enim sunt sapientes: uxoresq; cōes itidem in repū. statuat: ac secundum ducētos neq; sacra neq; iudicia: neq; gymnasia in urbibus construi permittat: atque ita de moneta scribat. Nummū uero neq; cōmutandi gratia neq; peregrinationis cā parari arbitrandū est: eandemq; uestem uiros ac mulieres imbui præcipiat: nullāq; corporis nuda re partem. porro hanc eius esse remp. & Chrylippus in libro de repū. scribit. de amatoriis item differuit in principio libri qui intrabitur ars amatoria. Similia identidem scribit in diatribis. Huiusmodi quedā sunt apud Cassium: itemque apud Heliodū rhetorem pergamenū qui etiam abscessa ex libris quæ male lenti rent ac dicerent stoici tradit ab Athenodoro stoico custode bibliotecæ pergamene: deinde re inserta esse dephenso ac periclitante Athenodoro. hactenus de his. Fuerunt autem octo Zenones. primus eleates de quo dicemus. Secūdus hic ipse. Tertius rhodius qui locorū scripsit historiam. Quartus historicus qui pyrrhi in italia gesta conscripsit: epitomenq; romanarum & carthaginensium rerum. Quintus Chrylippi discipulus: qui libros quidem scripsit per paucos: sed complures discipulos reliquit. Sextus medicus herophileus intelligentiae acumen potius q̄ scripture mirabilis. Septimus grāmaticus cuius inter cetera etiā epi grammata feruntur. Octauus sidonius genere philosophus epicureus seniū & elocutione clarus atq; apertus. Zenonis uero discipuli fuere q̄ plures hi tamē nobiliores perseus Demetrii filius cittieus. Hūc alii quidē necessarium: alii uero famulū illius tradunt: unumq; ex his qui ad scribēdos libros missi sibi ab Antigono fuerant: cuius & filii alcyonei nutritor fuerit. Eius igitur experimentum cū ali quando capere Antigonu uellet: falso sibi nūciari fecit prædia sua ab hostibus fuisse direpta: & cū tristior effectus esset: uides inquit diuitias non esse indifferentes. Feruntur eius ista uolumina. De regno laconica resp. de nuptiis. de impiate. Thyestes. de amoribus. Exhortatorii Διετριβῶν χρεῖῶν. iii. Comentaria in platonis leges. vii. Aristo miltiades chius qui & Διεφοριῶν indifferentiā inuenit. Herillus calcedonius qui finē dixit esse scientiam. Dionysius qui in uoluptate transtulit: Nā ob uxhementem lippitudinē piguit iam dolorem dicere ī differentem. Fuit autem Heracleotes sphaerus bosphoranus. Cleāthes phanii filius asius qui illi in scholē successit regimine. Hunc ille cæreis durioribus tabulis cōparare solebat: quæ uix quidē & cum difficultate scribuntur: sed quæ inscripta fuerint seruant diutius. porro sphaerus post Zenonis mortē Cleanthis itē auditor fuit: dicemusq; de illo cum ad Cleanthem uenerimus. Erant autē & isti discipuli Zenōis: ut Hippobotus ait: Athenodorus solensis philonides thebanus Calippus corinthius possidonius alexandrinus Zeno sidōius. Cōiter uero de dogmatibus stoicis oībus in Zenonis uita mihi dicēdū putau. q̄ is eius scriptor autor fuerit. Sūt qdē eius & quos pdiximus libri ī qbus ita locutus ē stoico rū nemo. porro dogmata siue decreta sunt ista cōiter. Dicemus aut̄ summati: ut in aliis cōueiuimus facere. Tripartitā eē dicūt philosophiæ rationē: aliā quippe